

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**D. Gebh. Theodori Meieri Theologi & Prof. in Academia
Julia Antichiliasmus Absolutissimus**

Meier, Gebhard Theodor

Helmstadii, 1696

§. XXV.

urn:nbn:de:bsz:31-105465

quibusdam illuforibus & Epicureis, ultimum judicium & futuram mundi conflagrationem negantibus. Illi maxime ex eo principio, quod adventus Christi de die in diem differretur, & omnia manerent, ut fuerunt antea, nec ullum futuræ destructionis præfagium ullibi appareret, concludere volebant, mundum hunc ita in æternum duraturum, & adventum Christi frustra expectari. Horum rationes cæteras refutavit Apostolus v. 5. 6. 7. illam vero de diurnâ adventus Christi dilatione resolvit v. 8. & 9. & quidem ita, ut doceat, quamvis videatur nobis adventus Christi in longa adhuc differri tempora, a parte Dei tamen aliam hic esse rationem, utpote, cui in æternitate constituto, longiffima apud nos annorum atque seculorum spatia, sint tanquam minima temporum momenta, adeoq; apud Deum nullam esse adventus Christi dilationem, ut ut nobis idem per aliquot etiam secula procrastinari videatur. Imo ipse D. Animadvertens §. 8. docet illis falsum, qui in fluxu æternitatis vivunt, M. annos unum facere diem: At terra in regno Chiliaftico, cum adhuc in differentia temporis constituta fit, non poterit gaudere dilatione suæ conflagrationis per M. annos post adventum Christi, ita, ut tamen in ipso die adventus conflagrare, quemadmodum fit à D. Petro l.c., verè dicatur.

XXV. Ulterius notandum, quod Scriptura, cum dicit, unum diem coram Deo esse tanquam M. annos, hoc non simpliciter ita velit intelligi, sed potius per *συγκατάβαση* hæc loquatur, ad captum nostrum se accommodando: Siquidem nos fluxum æternitatis, ubi nihil est præteritum vel futurum, nihil pri⁹ vel poste⁹; sed omnia durationis momenta quasi simul sunt & præsentia, non nisi collatione temporis apud nos factâ, concipi-

concipe
Si enim
mundi
rationem
terea elat
numero
sci, atq
res, eff
finit
tione
tiplica
super
ista pr
propri
dam in
ultra d
pro
Script
nobis
cum M
licebit,
raturus.
X
actum
dicio re
fiones d
extrema
tus Chri
braturo
lum inte
ras conste
quandiu
est, horu

concupere, & ne sic quidem omnino assequi valemus. Si enim, v. g. illud æternitatis, quod a tempore conditi mundi usque adhuc seculum se, ut ita loquar, extendit, rationem aliquam haberet ad illud temporis, quod interea elapsum est, utique tota æternitas in partes, licet numero infinitas, at mensurabiles tamen, posset dispesci, atque sic in quantum aliquod infinitum degeneraret, essetque idem quod fluxus temporis nunquam desinentis, quod est absurdum. Imo sic posset, ex definitione rationis mathematicæ tempus hoc tam diu multiplicari, donec aliquam æternitatis partem quantitate superaret, quod est æque absurdum. Hinc possemus, si ista proportio diei in æternitate ad M. annos temporis proprie foret intelligenda, determinare, quot dies Adam in æternitate jam vixerit, quatuor scilicet dies & ultra dimidium. Quis vero talem loquendi modum pro vero esset admissurus? Multo minus ergo, cum Scriptura, ut rudem aliquem æternitatis conceptum nobis pro captu nostro imprimat, diem æternitatis cum M. annis temporis comparat, nobis inferre inde licebit, quod dies adventus Christi per M. annos sit duraturus.

XXVI. Hactenus de hujus universi destructione actum fuit; antequam vero ad theses de extremo judicio revertar, prius inferendæ erunt quædam conclusiones de statu generis humani & Ecclesiæ, usque ad extremam mundi destructionem, quam in die adventus Christi futuram esse demonstratum est, perpetuo duraturo, quæ tamen ita proponi debebunt, ut non solum ante adventum Christi perpetuo eas manere veras constet, id enim Chiliastas non adeo feriret, sed ut quamdiu genus humanum, & Ecclesia in terris futura est, horum veritatem nunquam infringi posse certò